

Caspar March

Programma Quo Universitatis Rostochiensis, P. T. Rector Caspar March/ D. Med. & Math. Prof. P. Ad Ferias S. Spiritui Sacras pie devoteq[ue] celebrandas, Cives Academicos solenniter invitat serioq[ue] cohortatur

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735631891>

Druck Freier  Zugang



29
64

PROGRAMMA

Quo

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS, P.T.

RECTOR

CASPAR WANCE/D.

Med. & Math. Prof.P.

Ad

FERIAS

S. SPIRITUI

SACRAS

[piè devotèq; celebrandas,

CIVES ACADEMICOS

solenniter invitat serioq; co-
hortatur.



ROSTOCHII,

Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

ANNO M.DC. LIIIX.



Disquiri quandoque sollicitius solet, (ut sunt humanæ mentes in superfluis plerumque quam necessariis magis curiosæ) quodnam inter Festa Christicolarum piissimæ devotioni comendata sit præcipuû, ferriq; hic à diversis diversa quodammodo judicia audiuntur. Nonnulli stupendum INCARNATIONIS Filii Dei mysterium cultu ac Devotione nostra præ cæteris dignissimum censent, eò quòd in hac humanæ naturæ, inexplicabili prorsus unionis modo, in divinam adoptione, salutis omnis, & quæcunq; tum in hac tum in alterâ vitâ in nos cadere potest, veræ felicitatis fundamentum situm, rectè omnino judicant: Alii sanctissimæ Salvatoris nostri NATIVITATIS Festum, quo isthæc gratiosa nostræ carnis in *ἐνανθρώπησιν τῆς λέγῃ* assumptio manifestata orbi universo fuit, hòc multò excellentius & solennius non sine ratione arbitrantur. Alii infinitum quidem in hoc Amoris Divini gradum piissima admiratione agnoscentes, Justitiæ tamen summæ offensi per scelera humana DEI hòc solò non satisfactum recte animadvertentes, Infinitæ Majestatis læsæ crimen non nisi per infiniti hominis

nis

nis Christi severissimam punitionem expiari potuisse observant; adeoq; acerbissima PASSIONIS DOMINICÆ festam nobis merito recordationem prioribus illis præferri malunt. Alii præeunte in Paschali illa concione Apostolo, isthæc omnia, inmensa licet beneficia, frustra fuisse intelligentes, nisi mortis durissima spicula, diaboli insultus atrocissimos, inferni pessimos cruciatus ipsemet patientissimus Salvator noster expertus, devictis hostibus istis omnibus triumphasset, invictus à morte resurgēs, REURRECTIO-
NIS istius memoriam Christianis omnibus præ reliquis solenniore meritò habendam sustinent: Alii quamvis istam pro peccatis universi mundi satisfactionem, istumq; post exantlatos omnes pretiosissimæ redemptionis actus, triumphum Jesu nostri abundè sufficere pro salute nostra potuisse supponant, edocti tñ. ipsò Immanuelis nostri veracissimò ore, nondum nos securos omninò & tutos in hâc vitæ miseria à Satanæ insidiis carnisque tentationibus, ac mundi illecebris futuros agnoscentes, nisi ipse gloriosâ in Cœlos ascensione, & abitu ad Patrem peractò, misisset procedentem ab utroque SPIRITUM PARACLETUM, Doctorem, Ductorem, ac Tutorem nostrum præstantissimum, atque adversus omnia in universum tentationum genera valentissimum, præenumeratis omnibus sacratissimum illud Missionis S. SPIRITUS FESTUM nostrâ omnium celebratione di-

ne dignissimum judicant, cujus hoc lætissimò anni tempore memoriam jucundissimam Christiana recolat Ecclesia. Nos, ò mihi charissimi, quà devotionem, nullam prorsus religiosi cultûs in ullo horum sacrorum Festorum discrimen admittimus, factemur tamen sapientissimam Dei providentiam, nostræ miseriæ & infirmitatis gratiosè miserentis, per has recensitas Gratiæ ac Beneficiorum gradus procedere voluisse ad consummationem, qualis nobis in hâc vita contingere potest, summam, ut lætari omninò in Domino largissimè, & gratulari nobis profusissimè possimus, quoties præfens hoc S. SPIRITUS Pentecostale Festum celebrare conceditur, cujus gratiosâ in habitatione non solum tuti sumus ab hostibus nobis intensissimis, Diaboli putate insidiis, Carnis sceleratæ deceptionibus, Mundiq; pessimum irritamentis, tum persecutionibus, sed ipsius quoq; divinitatis, (ò felicitatem inæstimabilem!) modò ipsimet ne resistamus, etiam in hâc vitâ alioquin miserimâ reddimur utcûq; participes. Extant æquisissimi hujus gaudii externa argumenta in templis, erecta passim divino jussui conformiter viridantia arbuscula, & resonantia iterum, oblectum ex obitu Patris Patriæ Celsissimi merito lugubri, hætenus quiescentia Organa & Instrumenta Musica; Esto, agite, in nobis etiam intus ob adventum tam sancti Hospitis tripudium, nullò aliò vel mœrore vel

vel qualicumque impedimentò interturbandum,
Quod quidem ut fiat, explicandæ mihi omninò im-
præsentiarum & tantæ *letitia cause*, & *adipiscendæ e-*
jusdem rationes videntur. Cæterùm, cum júbila pas-
sim fieri soleãt, si quãdo Rex aliquis aut Princeps be-
nignior Civibus suis eam facit gratiam, ut præsentia
suã ipsis frui ad tempus concedat, quæ, quæso, júbila
nobis sufficient, quandoquidem ille Regum omni-
um & nostrorum gratiosissimus Rector Spiritus JE-
HOVAH accessu suò tam splendidò, præsentiaque
tam honorificã & fructuosã, miserrimos nos & tan-
tæ gratiæ prorsus indignos non dedignatur: Præter-
quam enim quòd eminentissimæ ipsius dignitati,
celsitudo ullius in Orbe Principis comparari nulla-
tenus queat, Præsentia etiam longè excellentior
modo justissimi gaudii nostri magnitudinem auget.
Neque enim in conspectum solùm venit, mox fortè
discessurus, ut isti plerumque mundani Magnates;
sed pectora ipsa nostra subit, non velut hospes, sed
incola perpetuum hæc sua templum inhabitaturus. O
gloriam! ô suavitatem! ô fortunam, cum nullis om-
ninò in orbe honoribus, delectamentis & opibus,
quantumvis maximis comparandam! Quod etenim
bonum in natura æstimari tale potest, si cum summo
hoc, & fonte omnis bonitatis conferatur? Quæ mun-
di delicia non amarescent, ac nauseam parient, hõc
Nectare, hæc cœlesti Ambrosia fruentibus, imò re-
ple-

pletis? Quæ gloria mundi, regia licet, aut si quæ est
hâc sublimior, fumus non erit, immo dedecus, in re-
spectu honoris illius, quò FILII DEI & Divinitatis
hâc Numinis inhabitatione participes reddimur. ?
Etenim non nuda est aut sterilis hæc S. hujus Spiritus
in nobis præsentia, sed dotes ex ea ac fructo omninò
inæstimabiles in nos cumulatissimè redundant,
quas enumerare hic omnes minimè, sed venerari so-
lum licet. Manifestavit sese in prima Pentecostali
N. T. die sanctissimus hic Spiritus sensibili Flaminis
& visibili ignitarum ac divisarum linguarum specie,
congregatis Hierosolymæ Apostolis, totiq; apud eos
perseveranti fidelium cætui, testatus hõc ipsò, qua-
lem effectum habiturus sit in omnibus, quibus sese
pariter communicaverit; nempe dispulsas fore in-
tellectus omnes tenebras, incalituros verò tum Dei,
tum proximi amore animos, extirpanda omnia vi-
tiorum inquinamenta, renovandam ubiq; naturam,
& divinæ usquequaque conformandam voluntatis;
ista siquidem omnia sacro nobis hieroglyphicò Ignis
demonstrata fuere, cujus & lucere ac calefacere. &
repurgare, inq; suam pleraq; convertere similitudi-
nem, proprium novimus. Præterea *Ventò* interce-
dente dum venit ad Apostolos, cæterosq; cum illis
congregatos, promovendum sese efficaciter cursum fi-
dei ac pietatis nostræ, & refocillaturum semper, quos
tentationum variarum nocivi æstus quasi exanima-
verint.

verint, indigitavit, haut secus ac spirans sonore ventus navigii cursum celeriter ad portum promovet, gratumq; calore languentibus refrigerium præstare aura commota solet. Ne dicam pluribus de *Lingua* (cujus abusum eheu! multiplicem atq; exitiosum sæpe novimus) salutari regimine, cui facundiam & eloquendi magnalia Dei promptitudinem, & persuasionis insigne robur sese suppeditaturum eò ipsò luculenter insinuavit, quod hanc potius quam aliam (in prima sui effusione) corporis partem obsidere voluerit. Demonstrari isthæc omnia in Apostolis hòc Numine primū repletis possent, si nostrum id hic loci institutum pateretur. Ast propèrādum ad alteram discursus nostri partē quā allegare promissimus, quomodo tanti hujus boni & gaudii possimus fieri participes.


Ostendit nobis id elegantissimè Pentecostalis historia. Nimirum congregati erant Hierosolymæ cum Apostolis fideles alii utriusq; sexus quamplurimi, centum & viginti fere numero, perseverantes unanimiter, in loco elevatiori, expectantes promissū Spiritum desideris & precibus devotissimis. Quò ipsò docemur, Concordiam animorum, conventum in locis sacris, congressus cum hominibus piis, abstractionē à rebus mundanis ac terrestribus, precibusq; seriis & indefessa desideria, fundata fide in promissionibus divinitus factis, requiri omnino, si quidem sanctissimū hunc Spiritum in nos fieri derivari percipimus. Horreo, dum hæc meditor & scribo, quod necessaria hæc requisita tam rara passim meminerim. Concordiā ubi hodiè, quæ so, inveniemus? Non est ea pro dolor! inter Collegia integra, non in Collegiis, nò inter singulos. Ubique eheu! regnat animorū dissidiū, exacerbatio hostilis, nihilq; fere audias hodie in orbe, nisi bella, injurias, diffamationū processus, litigia privata, funestaq; ac scelerata, nullòq; profus titulò honestioribus probanda Duella. Loca sacra quam pauci, aut non nisi pro more, frigide & sine ardore ullo, visitat? Cum piis quis conversari satagit?

111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Vos ô mei, quotquot estis hōc inprimis scriptō compellandi, agnoscite ejus foeditatē, observate salutis perdendæ occasiones, & animarū vestrarū pericula; Studere meliori & cautius agendæ vitæ. *Secl̄ amini concordiam & pacem, attendite ser̄iō concionibus sacris, abdicare vos omni malorum, & vestro vitæ generi difformiū consortio; Querite Viros Juvenesq; probos, modestos & pietati devotos, cum his ubi conversati frequentius fueritis, experiemini certissimē, cumq; summō vestrum emolumento, quantum in formandis moribus animisq; valeant exempla. Ita iram Dei, Magistratūs indignationem, & pœnarum omnes effugietis molestias. Deum insuper frequentibus ser̄isq; fatigate precibus, ut largiatur vobis Spiritum Rectorem, Ducem, ac contra Mundi Satanæq; tentamenta Tutorem. Exaudiemini spondeo, à Patre benignissimo & vestræ salutis cupidissimo (extat n. promissio: si quid petieritis &c.) fietq; adeo, ut non hinc solum Pentecostalibus ser̄is cum Cœtu piorum intimius lætari, sed gaudere etiā, pleni sanctō Flamine, per omnem vitam, atq; olim in triumphanti Ecclesia jubila sine fine fundere, hymnosq; perpetuum cantare possitis Trinumi J E H O V A E, cujus utiq; Nomen nunc & in secula benedictum. Fiat, Fiat.*

P. P. die XXX. Maji ANNO M. DC. LIX.

verint, indigitavit. haut secus ac spiram
 vigili cursum celeriter ad portum promo-
 re languentibus refrigerium præstare au-
 Ne dicam pluribus de *Lingua* (cujus ap-
 plicem atq; exitiosum sæpe novimus) sa-
 facundiam & eloquendi magnalia Dei p-
 perfvationis insigne robur sese suppedit-
 lenter insinuavit. quod hanc potius quam
 effusione) corporis partem obsidere vo-
 astinæc omnia in Apostolis hōc Numine
 sent, si nostrum id hic loci institutum pa-
 rādum ad alteram discursus nostri partē
 simus, quomodo tanti hujus boni & gaudii pos-
 Ostendit nobis id elegantissimè Pen-
 Nimirum congregati erant Hierosolyma cum
 utriusq; sexus quamplurimi, centum & v-
 perseverantes unanimiter, in loco elevatiore,
 Spiritum desideris & precibus devotissimis.
 Concordiam animorum, conventum in locis
 hominibus piis, abstractionē à rebus mundan-
 cesq; serias & indefessa desideria, fundata fide
 vinitus factis, requiri omnino, si quidem
 Spiritum in nos fieri derivari percipimus
 meditor & scribo, quod necessaria hæc
 passim meminerim. *Concordiā* ubi hodiè,
 Non est ea pro dolor! inter Collegia in-
 giis, nō inter singulos. Ubique eheu! regna
 exacerbatio hostilis, nihilq; fere audias
 bella, injurias, diffamationū processus, l-
 staq; ac scelerata, nullōq; profus titulō
 banda *Duella*. *Loca sacra* quam pauci, aut
 frigide & sine ardore ullo, visitat? *Cum po-*



ntus na-
 aq; calos
 a solet
 multi-
 ine, cui
 nem, &
 osō lucu-
 rima sui
 onstrari
 tis pos-
 t prope-
 promi-
 rticipes.
 storia...
 leles alii
 umerō,
 romissu
 cemur,
 ffus cum
 bo, pre-
 ribus di-
 nū hunc
 am hæc
 am rara
 niem?
 Colle-
 ssiditū,
 be, nisi
 a, fune-
 us pro-
 o more,
 sari sa-
 tagit?